

COMITIA 92.8.
PROVINCIALIA

PRO BOETHICA MONACHALI
Prouincia Ordinis S. P. N. Basilij Magni
Religionum omnium dignissimi Pa-
triarchæ, in Granatensi eiusdem
Ordinis Coenobio

SACRATISSIMÆ VIRGINI,
DEIPARÆQVE

M A R I A E

DEL DESTIERRO
CONSECRATO,

ANNO DOMINI, HABENDA,
M. DC. LVIII.

Die xij. Mensis Maij.

HISPALI.

*Apud Ioannem Gomez de Bles, eiusdem Prouinciæ
Maiores Typographum.*

Prima die ille nobis rutilas expandet luces
splendidissimus Orientis Phœbus, igneaq;
illa Columna, Fœnix, inquam, Græcia nostro dñ
Parenti D. Basilio Magno, festiuitas consecra-
tur, cuius viuide Encomia predicabit R. P. M.
Frat. Andreas de Almanfa, huius Provincia
actualis Diffinitor.

Secunda die festum Diuo Petro Sebaste
dirigitur, quem laudibus eximiè extollit
R. A. P. M. Fr. Franciscus de Vergam, Sacre
nostra totius Religionis Assistsens Generalis, ac
Cordubensis Collegij eiusdem Ordinis Abbas.

Tertia die Diui Gregorij Nisensi solemni-
tas recolitur, cuius gloriam concinabit
R. A. P. N. M. Fr. Sebastianus de Molina, hu-
ius nunc primus Provincia Diffinitor.

Quarta die stipitis D. P. N. Basilij Mag
ni floridantibus ramis, per illustri so-
boli, in clytaque profapia celebritas de-
dicatur, pro quorum omnium elogijs R. P. M. F.
Ildephonsus Vela de Leon, ad Capituli coro-
namentum adstabit.

THE [illegible] OF [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[Handwritten signature]

S A C R O

VENERANDO DYNASTÆ,

QVI, SI PVLCHERRIMÆ INGENVITATE

stirpis, gradibus explorata multifor̄mē, ducitur inelytus,
prædicatur & eminens; vitæ candore, Cornucopia virtutum
fertur celebrior, ac resonat plaufibilior:

verè Apostolico flamine,

IN QVO MINISTERII HVIVS ADIMPLETIO

perfecta confociabiliter dignitati succedit:

MERITISSIMO ANTISTITI, CVIVS IN MVNERE,

Paterna benevolentia, sollicitudo Magistra, infirma solidat,
deprauata conuertit, ac dirupta omnia
adamus in refulcit:

QVIS VERO?

Illustriſſimus, ac Reuerendiſſimus D.

D. D. IOSEPHVS DE ARGAIZ,

QVI PROPRIJS MERITIS, OLIM ADOLESCENS

adhuc, in maiori Diui Bartholomæi Salmanticensi Col-
legio illustri Toga decorus: vir postea (eisdē) S.C.R.Q
Maieſtatis Magni IV. PHILIPPI, Myttes signatus, hono-
ris Saccellanus electus: Censor, deinde, Inquisitionis Su-
premæ, ac Abderensi vltra, vterius Abulensi

præfectus Ecclesiæ Pontifex:

NVNC GRANATENSIS METROPOLIS

digniſſimus habetur Archiepiſcopus:

*Huic ergo amantiſſimo Præſuli, pauperum Chariſſimo
Patri, S.P.N. Baſily Magni Bæthica congregata Fami-
lia pro Comitijſ Prouincialibus, hoc, vt Patronum
mereatur habere, minimum ſacrat
munuſculum.*

Maximè inter omnia Fidei, quę sunt reuelata myſteria, Triados eminentiſſimę, quod ita ſuperat creati intellectus vires, vt nec leue poſſit eius indagare veſtigium, verũtamen, de ſuper, ſi emicet Fides, naturam vnicam numero tribus realiter diſtinctis identificata Perſonis, haud difficulter cognoscere valebit, adeo, in quo, Fides, vt erudit noſtra, & D. Athanaſij Symbolum proclamat, arcanum ſtat ſublime: *Vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem veneremur.* Cõfitemur Patrem eſſe principium inproductum, & ingenitum, Filium genitum in rigore à Patre, ſicut & Spiritum Sanctum ab ambobus procedentem, nõ creatum, neq; genitum. Cur Filius in rigore genitus? quia eius proceſſio eſt, *Origo viuentis à viuente à principio coniuncto in ſimilitudinem naturę,* quod non competit Spiritus Sancti proceſſioni. Procedit à Patre Filius per eorum omnium, quę tam formaliter, quàm eminenter in eſſentia Diuina continentur, infinite comprehenſiuam cognitionem: vnde non ſolum procedit formaliter, & per ſe ex cognitione ipſius eſſentię diuinę, & attributorum omnium, ſed etiam ex intuitiua omnium Perſonarum notitia, & ex ſcientia pariter creaturarum poſſibilium, licet futurarum non, aut exiſtentium: & quia ex iſta Paterna procedit cognitione, hæc dicitur ſecunda Perſona, Verbum, Filius autem, quia ex vi eiufmodi proceſſionis, illi virtus alterius diuinę Perſonę productiua identificè tranſmittitur, per quam, & ſuo principio aſſimilatur, & ab Spiritu Sancto Filij in ratione ſecernitur.

*His aderit Fr. Ioannes de SOTO propugnandis, R. verò
P. M. Fr. MARTINVS DE TORREBIA ET VE-
JAR patrocinandis.*

POTENTIA,

PRINCIPI,

PRVDENTIA, CELEBRI,
ÆQVITATE, MIRABILI, BENIGNITATE,
DOCILJ, IVDICVM GLORIOSO CONVENTVI,
CANCELLARIORVM SPLENDIDO

SENATVI,

QVORVM SANGVINIS CLARITAS,
quorum virtutis stemma, sicut scientia, & iustitia,
sicut misericordia, & rectitudo sibi obvian-
tes obsecratae sunt:

REGIIS LEGVM ARBITRIS,
si miseratione inflexis; ne utiquam tamen
magnitudine fractis, & vt citius
proferam

INCLYTO, AC VENERABILI
PRÆSENTI, GRANATENSI-
BVSQVE SENATORIBVS

(QVORVM ADVNATA MAIESTAS,
Maiestatem sacram M. N. PHILIPPI vtrique Orbi do-
minantem adumbrat) sacra Basiliana Boethicæ Prouinciæ
Familia, Comitia Prouincialia celebratura conue-
niens, vt sibi, hæc, faueat Theologica
dicat Asserta.

Praedestinatio, aeterna, & efficax creaturae intellectualis ad gloriam destinatio est: ideo enim efficax, & absoluta voluntas gloriae in praedestinationis conceptu necessario, & per se affertur. Haec autem, ut de facto est etiam, quo ad ipsius substantiam, attendita, in solo voluntatis actu, qui efficax, & absoluta voluntas gloriae sit, consistit, secus vero, si quo ad eius attendatur modum, cum voluntatem ad gloriam meritorum, efficacem [licet ex natura rei ad ipsa, in ipsis terminatam] necessario, & per se poscat. Voluntas absoluta, & efficax operationis creaturae in se ipsa, quam ad efficacia auxilia, necessario supponimus, etiam si independentem a futurorum contingentium conditionalis scientia in Deo excogitetur, licet ex se necessario determinate operationem inferat, non tamen ex se determinate operationem necessariam inferre habet. Ex eo quod gratiae merita habentibus, Deus gloriam promiserit, hanc propter merita hominibus tribuendam, & non ante praevisa eorum merita absolute futura, eos absolute, & simpliciter praedestinasse; impossibile prorsus defendimus; quin in voluntatis divinae actus efficaces, qui de linea executionis, neque in eiusdem voluntatis actus, qui penes media solum efficacia sint, ideo abire cogamur.

...

Ficta à Fr. Antonio Sanchez Serrano Mineralis disertatio, R. P. Fr. Didaco Diaz Villaverde Hispalensis
auct. Collegij Regente Studiorum meritisimo
auspicante.

AVGUSTISSIMO

OMNIVM COETVI,
ÆTERNABVNDÆ NOBILITATIS
SPECIE, SACRÆ RELIGIONIS,
ET GLORIA NEMINI SVPPARI,

CÆTERIS ELIATORI:

METROPOLI PRINCIPVM
maximæ, Palladis excellenti sapientiam,
Martis robur superanti,

VT QVOCVMQVE TEMPORE (PACIS,
nimirum, aut Belli) ipsa sibi sola belligera:
scientificaque sufficiat:

PRÆCLARISSIMÆ QVIDEM CIVITATI,
Maicstatis pompa, Vrbanitatis politie, Regiminis pro-
videntia, Morum integritate, nec satis
plaudendæ vnquam:

ILLVSTRISSIMO (ECCE IAM DICO)

SENATVI REGIOQ; POPVLO
GRANATENSI,

Cuius Regalis Authoritas, cuius Imperatrix Potestas, cuius
felicissima Fama, cuius famosissima Virtus plurimum
Prouinciarum extitit emulatio decora:

*His igitur Mæcenatibus Prouinciale Capitulum Ordinis
S.P.N. Baslij Magni pro Bæthica Prouincia celebra-
ndum, ut sibi patrocinetur [do nullo oblato Theologi-
co] supplicitis commendat.*

Admirabile diuini Verbi Incarnationis mysterium
nō naturali ratione, sed Fide manu ducti existens
cōfitemur: quatenus *propter nos homines, & prop-
ter nostram salutem* in Sacratissima Virgine ab omni, tam
actuali, quā originali diuinitus p̄seruata peccato, na-
turam sibi copulauit humanam, & arctissimo huius vnio-
nis hypostaticę nexu, homo, Deus, & Deus factus est ho-
mo. Cæterum p̄cipuum huius Incarnationis motiuum
ex vi p̄sentis decreti, non fuit excellentia vnionis, nec
hominis subleuatio, sed naturæ humanæ per originalem
culpam lapsæ, & infectę, remedium. Cum nulla perfectio
absoluta diuina immediatē cum creatura, sed relatiua de
facto, tantum modō, vnatur, sequitur, quōd ex vnione, &
subsistentia Verbi, singulari, & propria in Christo Domi-
no humanitas sanctificetur, & adæquata reddatur cum
prima regula honesti, verū vnioni solū competit mu-
nus sanctificandi, *vt quo.* Ratione huius admirabilis vnio-
nis homo Deus, Christus, resultans, Filius naturalis est
Patris æterni, propter hypostasim, & naturam diuinam,
quā includit, ast, si, vt homo tantū consideretur, vt ni-
mirum, solū, naturam claudit humanam, neque Filius
naturalis est, neque adoptiuus.

*Hæc propugnabit Theologica Theoremata P. Fr. Ioannes
de la Guardia, R. P. Fr. Christophoro de Caceres
in Hispalensi Collegio Primariæ Cathedræ
Lectore, illustranti.*

INCLYTO

MOECENATI, REGIVM
EBIBENTI CRVOREM:

HEROI PERILLVSTRI
SPECIOSAM SANGVINIS GEMMAM
PROPRIÆ EXCELLENTIÆ
EMBLEMATE DECORANTI:

VIRO VNDEQVAQVE CONSPICVO
æmulandis omnibus dotibus circumfulto: genio
singulari, valore eximio, affabilitatē maxima,
maximaque generositate cæteris
præpolenti:

QVEM, LICET EXCELSVM PRÆDICEM,
licet plaudam insignem, maiorem, ac sublimiorem, ipsius
magnitudo per totum resonans Orbem, Famæ
clangoribus nuntiar:

DOMINO, INQVAM,
DOMINO ILDEPHONSO

ALVAREZ BOHORQVES ET GIRON,
Marchioni de los Truxillos, Ville Caparacena, Viceco-
miti, ac Villarum Syluæ, Cubillas, Portæ Alta de Luena
dignissimo Dominanti [quem ita magnum, nostrum Gra-
natenſe Cœnobium Ordinis S.P.N. Basilij Magni foeli-
citer sibi olim in Patronū assumpsit] tota nunc Bœthica
eiusdem Prouincia Ordinis, hoc Theologicum certamē,
vt in Prouincialibus suis celebrandis Comitijs iterum
Patronum ducat, hilaris offret, festina dicat,
& consecrat.

EST Gratia quemadmodum Tridentina Synodus ab omnibus credendum pœna anathematis proposita, decrevit, non solum per quam peccatorum sit remissio, sed diuina qualitas in anima inherens. ita in Chaecilimo iussu Pij V. edito testatur. Vndè, cum miserè peccati in barathrum cadat homo, illoq. deturpatus antam. Dei inimicitiaz præbeat, novatur [haud adæquate] illi, vt erudit Fides, intrinsecè inherente in, qualitatem per quãdam supernaturalem, quæ, non, vt cõmuni fertur calculo Gratia habitualis, sed Iustitia sanctificans est nũcupanda. Nũne ergo de hac qualitat e, vel habitu supernaturali sciscitatur difficultas: potest nẽ vnã in eodem subiecto cum peccato omni lethali collocari? Negant absolute aliqui, alij cum actuali compati posse, & non cum habituali autumant, è contraque alteri. Nos autẽm omni cum peccato, subiecto in eodem, iustitiam sanctificantem componi simul posse, asseueramus. Actus charitatis, vel dilectionis Dei super omnia non potest esse iustificationis nostræ formalis causa, quod idem tenemus de contritionis actu, & iungitèr subdimus, quòd etiam si actus contritionis sit omnia ad objecta honesta affectus virtualis, adhuc tamè formalitèr nos iustos reddere nequit. Peccatum remitti per gratiã sacra Tridentina docet Synodus, ita fatemur & nos; at, si remitti peccatum est peccatum non esse, per gratiam formalitèr remitti peccatum, haud reuimus negare: colligimusq; subindè formalem à iustitia sanctificãti prouenientem effectum, minimè peccati expulsionem esse, itaq; subiectum eiusmodi, per infusionem formalitèr immune à peccato non remanere defensamus.

Theologicum hoc defensabitur certamen à P. Fr. Salvatore Ruiz, cui aderit R. P. Fr. Stephanus Ramos, in Hispal. Collegio Vesp. Cathedræ Moderator.